

**www.e-rara.ch**

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,  
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,  
Naturas planetarum**

**Indagine, Johannes ab**

**[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

Canones super aegritudinibus

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CANONES SVPER

CANONES quidam super egritudinibus, quibus modis succurrendum egris sit ex aspectu signorum.

PRAEFATIO.

STVLTVM hoc medicorum uulgus, quod nostro seculo sic uidemus insolescere, atq; imponere nobis purpura sua, cum sibi ab autoribus suis præceptum sciant, ut absq; Astrorum consilio nulli medicetur: & tam longe ab medicina est, qui Astrologiæ ignarus est, ut non medicus dici debeat, sed impostor. Tamen eo nunc uentum est: ut ecentum uix unum aut alterum reperias, qui uere sciat dñdicare, quo tempore quælibet medicina adhibenda sit. Quod fortasse mirum non est. Quid enim illis ocium esset, in Astrologia occupare se, quibus ocium non est, ut Galenum suum legant & Hippocratem, sed ex tumultu agunt omnia: ac præscriptis quibusdam receptulis? Vidimus quendam apud Moguntiacos non uulgarem, dixisses tertium Cathonem, uel Galenum alterum, si quid ad artem faceret purpura. hic cum esset longe crassissimus, duobus utebatur receptis: quæ nescio e quibus exsuxerat chartis. inerat illis ellebori. ʒ. ʒ. uel tantundem scamoneæ, ad laxandam aluum. hæc alternatim ministrabat, non habita ratione uel complexionis, uel egritudinis: atq; ijs nugis tantum ad se corrasit nummorū, ut functus iam uita aureorum relinqueret post se tria milia. Summam artis in eo collocabat, ut solueret aluum. Tantum in re medica ualet purpura, & caperata frons. Hos neq; monebimus, neq; in uiam reuocabimus homines crassos, & qui contemnunt etiam discere. Ceterum alijs, qui futuri medici sunt, ijs regulas præscribemus aliquot: ut missis ueteribus nugis, discant e supernis consulere egrotis. Compertum est enim q̄ sepissime, quod plures medici cum maximis ac potentissimis pharmacis non potuerunt, id simplici herbula perfecisse Astrologum, obseruata signorum accessu & recessu. Totum hoc, quicquid est, in Canones partiti sumus.

**C**ANON Primus. Quattuor signa sunt quæ interiora respiciunt hominis. medici hæc spiritualia uocant membra. Ea sunt Cancer, Leo, Virgo, Libra. Ex ijs Cancer epar, pulmonem, & præcordia respicit. Leo stomachum & eius orificium. Virgo ima stomachi, uentrem, diafragma, & intestina. Libra lumbos, inferiora uentris, umbilicum. Canon secundus. Cancer qui respicit pulmonē, ex egritudinibus facit

ruffim, ptiffim, pleuriffim. Leo apoftemata, icteritiã, febres, peffilentia. Virgo tumorem uentris, hydropiffim, lienteria, colica. Libra diffenteria, dolorẽ uentris: & circa fpinã dorfi. Idẽq; fi p̄dicta figna in eas inciderint domos quẽ natura male funt. Sunt autẽ hẽ. Sexta, octaua, & duodecima ab afcendente uel horofcopo.

Canon tertius. Natus in Thauru ut plurimũ ueneno succumbit, male ficio, uel colica paffione. Idẽq; in annis fatalibus, fcilicet, fexto, octauo, deci mooctauo, uigefimo, trigefimofecundo, quadragesimoquarto, iuxta reuolutionẽ anni duodecimi ab octauo natiuitatis fupputando. Ceterum quoniam guttur refpicit Thaurus, hunc etiam ad fquinantiam referunt, & apoftemata omnia, uel ulcera quẽ in gutture contingunt: quod ubi bene refciuerit medicus, uideat ne quid inconfulo, uel indifcrete exhibeat, Eft enim hoc canonicũ pene, ut peragrante fignũ aliquod Sole, uel poti us Luna, quod fignum membra refpicit, quod tunc languet in ea reuolutione, medicina ad hoc membrum nõ adhibeatur: aut fic adhibeatur, nõ ut fanet, fed foueat. ne in hoc peiorem in ftatum recidat, donec euolatus ex hoc figno fuerit Sol.

Canon quartus. Quibus strangiria molefta frequenter eft, uel calculus, hi cõmuniter nati funt Sole in Ariete, uel Gemmis, talemq; egritudinem fortiuntur.

Canon quintus. Qui Pifces habuerint in exortu natiuitatis, uel in pifcibus nati funt, hijs timendẽ infirmitates calidẽ: utputa febres calentes, torfiones uentris, uenena, propter libram dominum eius in octaua domo. Inminebũt tales egritudines, partim ab fcortis uel malis mulieribus, uel aliunde, maxime in annis. 22. 56. 68. quibus non longe etiam erit ab extremo die. Hęc multa follicitudine obferuare oportebit diligentẽ medicum. Sunt & anni Scalares & climacterici. unde & feptimus quifq; annus iudiciarius etiam eft. Tu igitur fi uitam producere uelis ad fenectutem, quoties feptimo uel nouenno cuilibet propinquas anno, fi Marfilio ficino, uel Firmico credis, cõfule diligentẽ Astrologũ, unde immineat tibi difcrimẽ edifcito, deinde uel addito medicũ, uel prudentia & t̄pantiã accerfito: fic obitũ etiã naturalẽ differri poffe, cũ Astrologiẽ machinis, tũ p̄fidijs medicorũ. Neq; te pigeat p̄quirere ab expertis medicis, q̄ naturaliter tua fit dieta, & ab Astrologis, quẽ ftella uite faueat, & eã ad lunã cõpone. Idem, in principio egritudinis refpicias solem in die, uel lunam in nocte. fi impediti fuerint maxima cura habẽda eft fuper egroto. Idem t̄metur in egritudinibus cum luna, & dominus afcendentis fuerint in octaua, quẽ mortis dicitur, impediti. nam hic desperandum erit, nifi diligẽtia experti medici notetur. Hęc & multa alia follicitudine obferuare oportebit diligentem & folertem medicum.

Anni fca-  
lares.

Canon sextus. Nato in Capricorno infirmitates parit leo in octaua, uidelicet torsiones stomachi, pleuresim, tussim, & epatis incensionē, apostemata stomachi. Quod si in Iulio accidant hæ infirmitates, id est, quando in leone uersatur Sol & luna, malū ipsum cōduplicat. Porro in curatione hic euitandi sunt dies Mercurij, propter Geminos in sexta: dies solis, propter Leonē in octaua: dies Iouis, propter Sagittarium in duodecima domibus.

Canon septimus. Pneuripimonia facit Cancer, sole existente in Sagittario, similiter & ethicam, & inflationē pulmonis. Et si Saturnus in Sagittario repertus fuerit, pedū inflationes, podogrā. Saturnus in cancro, dolorem mentule & genitalium, ac testiculorum.

Canon octauus. Scorpius chyragrā, sciaticam, & dolorem capitis aliquid quando facit. Si Saturnus in eodē, in cauillis cruciatū. Prestabitur igitur dieta talis. Nō abluant capita diebus Martis: neq; balneis utantur calidis Sole in ariete existente, ne incidāt cephaliam: quod tum capitale periculū imminet, nempe phrenesis, uel manie. Et quia semper dies, menses, & anni mali obseruandi sunt, his potissimū a calidis temperēt. Ad subuentionē hypocondriorum dies auspicati sunt Iouis, Lunę, & Solis. Infelices Martis, & Mercurij. Respicit autē uerenda Scorpius, neq; illis ergo medicandum est Sole existente in Scorpione.

Canon nonus. Qui in Virgine habent horoscopū, aut in uirgine nati sunt, frequenter naturalem infirmitatem habent crurium, aut pure repletos pedes, aut crura saniem profluentia, seu genas uomicis obsitas, uel maxillas. Similiter & uehementes capitis dolores, humoribus ex pedibus exhalantibus ad caput: qui tamē mox sedātur, inciso tumore, & hoc plus Saturno in uirgine natiuitatis tempore. Id si diligenter obserues, uidebis naturalem esse ægritudinē, & pleracq; ineuitabilem, & propterea naturali signorū obseruatione depellenda est. Arcendi igitur huiusmodi ab balneis sunt, siue aqueis, siue sudatorijs. Quod si omnino uitari non potest, ipsi tamen dies uitentur Saturni, & Martis, & prædicti Menses & anni mali, fortius tunc, q̄ alio tempore sua effluentibus uenena. Temperent etiā ab fructibus autumnalibus.

Canon decimus. In Leone natis, infausti dies sunt Saturni & Iouis: quod in dieta obseruandū est. Obsunt omnia acuta & piperata illis. Insuper & nullę propinandę potiones sunt. Vbi uero ex leone uenerit Sol ad Capricornū, uel ad Pisces, rursum uitandi sunt saliti pisces, & diminutio sanguinis.

Canon undecimus. Sole in Ariete existente, egrotare si cœperit quis, atq; medicus fueris adhibitus (solet hic in primis gignere capitis dolores, & scotomiam) uide ne balnea adhibeas calentia, uel æstuaria calida,

propter Martem, & id multo amplius in octobré, cum Scorpionem possederit Sol. Neq̄ in dieta carnes adhibebis mutonum, arietum, & agnorū. Sed neq̄ caput abluui permittes die Martis: & Mercurij. quod Mercurius sit dominus domus sextę, id est Virginis, & Mars occulte. cū ibi gaudeat & Scorpius in octaua: tunc egritudinem promouent, non solū quia infirmitatis mansio est sexta, sed quia Virgo etiā est signū frigidum, siccum, terreum, & melancholicū. Spes tamen est, quia non dcedet ægrotus. Et si Scorpius, ut iam dictū est, occupauerit octauā, id est mortis: & quia Mars est dominus eiusdē signi, nihil efficit, quia nullus planeta malus nocet in domo propria: maxime uero ne gladio pereat qui huiusmodi est. Post conualescentiā præcipiendū est egrotis, ne Sole existente in Piscibus, quę duodecima est ab horoscopo, itineri se cōmittat: neq̄ negotium sibi faciat cum notarijs, scribis, sculptoribus, aurifabris. Item ab uirginibus & equis temperet. Sunt enim hæc omnia a quibus infirmitas expectatur, propter domū sextam, quę est infirmitatis, maxime in Augusto, Sole uirginem peragrante.

Canon duodecimus. Summopere etiā obseruandus est annorum ordo ipsius egroti. Semper enim septenarius & nouenarius annorum numerus exitialis est. & uocantur ab Astrologis, ut præscriptū est, ij anni Hebræomici, Enneatici, uel Climacterici, quod latine potest dici Scalares. Horum ratio hæc est. quod semper ijs annis magna fit mutatio corporis. Saturnus enim, cum alijs annis remotus a nobis sit, tunc Lunę copulat planetarū infimo. Respiciendus in annorum reuolutione igitur huiusmodi planetarū aspectus, utrū discrimen imminet, an maliciam suam exercere possint Saturnus & Mars, qui & nouennū respicit annū, an quosdā alios habent bene propitios sibi. Sic fiet, ut non solum ipsam egritudinē, sed futuram etiā mortē fatalem Astrologię machinamentis depellas.

Canon decimustertius. Semp̄ perquirēda est dieta egroti, Deinde horoscopus natiuitatis. Postremo erigenda figura. Ex figura prospiciendus status planetarū, ex statu & collatione eorundem in domibus effectus, item infirmitatis causa, & geniturę dominus: atq̄ sic ex oppositis qualitatibus signorum depellenda egritudo. Id paulo post exemplis demonstrabimus.

Canon decimusquartus. Ex diebus etiā obseruandus septimus, & crisis, & exinde uita uel mors diuinanda. Verum Cretici dies qui sint, ex medicorum schola petendū duximus. Exempla ipsa quoniā magis erudiunt, typum unum subiicimus. Contingat forte fortuna, quod in exordio egritudinis Luna uersetur in Ariete, quod calidum signū est, & siccum futurum est, ut pro signi sui natura succendat egritudinem Aries. Hic egrotum monere potes, ut patiens sit, remissius hunc habiturum in die septis

Anni hebdomatici.

ma: qua in Cancrū demigrabit luna. Nisi egritudo sit furiosa. Porro can-  
cer frigidus est & humidus, & quartus ad aspectus ad Arietem: tempera-  
bit igitur infirmitatē gelu suo & humore. Id si diligenter attenderis, notā  
ter deprehendes, atq; sic etiam operari potes in reliquis signis, quomo-  
do cōfortant ex similibus signis egritudines, & ex cōtrarijs curant.

Canon decimusquintus. Ita secundus dierū numerus, id est dies deci-  
musquartus certū iudiciū facit: quod tunc plena est luna, non tā propter  
crisim, quam lunę etiam influentiā, quę hic est opposita, quemadmodū  
Aries & Libra, Thaurus & Scorpio.

Medicina  
rū admini-  
stratio

Canon decimus sextus. Habent & sua signa medicinę ipsę. Neq; enim  
indifferenter quolibet tempore quęq; ministranda sunt, sed alia gargarif-  
matū, alia suffumigiorū, alia potionū tempora sunt. & ne prolixior sim,  
singula in unum canonē comprehendam. Luna si fuerit in Ariete, Leo-  
ne, & Sagittario, corroborare licebit quę in homine est uirtutem attrahē-  
di, recentiuā in Virgine & Thauro, digestiuā uero in Geminis, Libra, &  
Capricorno. Gargarismata, uomitiua, suffumigia ministranda sunt Luna  
existente in Ariete: & fortasse etiā in Thauro gargarismata tantū. Et so-  
lutiua in Scorpione per potionē, per electuariū in Cancro, per pillulas (si  
placet) in Piscibus. In Geminis & Aquario triferā, ac medicina cōfortati-  
ua. In Libra etiam uel Scorpione enemata, siue clisteria.

Canon decimus octauus. In purgationibus etiā Lunę respectus est ha-  
bendus & aspectus illius. Eadem enim existente in Cancro, & habente  
aspectum trinū uel sextilem cū Venere, licebit purgare Choleram. Cum  
Sole phlegma, & cum Ioue Melancholiam, atq; hoc si uel bolos admini-  
straueris, uel pillulas. Si autē per potionē uolueris purgare, eisdem utere  
aspectibus in Scorpione. Idem fac in Piscibus per pillulas. Et si duo pla-  
netę eodem tempore ijs aspectibus fuerint cum luna, poterunt propina-  
ri duę purgationes. Exempli causa. Si Luna cum Venere & Sole per tri-  
num uel sextilem fuerit, simul cholera, etiā phlegma repurgari poterit.

Cholerici  
infirmita-  
tes

Canon decimus nonus. Quibus Mars in radice natiuitatis in Ariete,  
uel eius triplicitate est, cholericus sunt: his ut plurimū febres imminent ca-  
lide, ex abundātia cholere, phrenesis, pustulę sanguineę, impetigo, antrax  
& quę carnem absorbent ac glutunt, facer ignis. Quę si uitari prorsus  
non possunt, sane adhibenda medico siue chirurgico cura est, ut per re-  
gulas quas dixi de signorū qualitatibus, abigat egritudinem.

Mercuria-  
lium

Canon uigesimus. Par ratio eorum qui Mercurium habent perperam  
locatum in domo Martis: id ubi deprehenderis in natiuitate, elicies inde  
febres calidas, uomicas sanguineas, cancrum, morbum regium, ignem sa-  
crum, caliginem oculorum prematuram, preterea cogitationes, & con-  
turbationes horrendas: nisi Lunę accesserit temperamentum, uel ue-

neris in dictis signis uel locis, idq; in cholericis.

Canon uigesimusecundus. Phlegmaticorum alię infirmitates sunt. His accidunt frequenter febres, quas uocant quotidianas, plurimū molestantur frigore. Quod ipsum ex urina perspicitur: quę si spissa ac cruda frequenter est, ijs indicendum exercitium est: utq; caueant a carnibus pinguibus & porcinis, seruent se a caseo, a lacte, medulla, & cerebro animalium.

Phlegmaticorum

Canon uigesimustertius. Saturnus ex ægritudinibus facit cum Luna epilepsiam, atram, bilem, lepram, fistulam, morpheam, podagram, & frequenter passiones cronicas. Quę ubi acciderint, tractim ac remisse agendum est, nec in huiusmodi reluctari astris debes. nisi talis medicina sit, quę omnibus uiribus nitatur expellere ægritudinem, atq; hanc radicitus euellat. Item si quis nascitur in coniunctione Solis & Lunę, semper illa natiuitas censeat mala. nam facit periculosos in senio, spaticos, ualitudinarios, caducos, aut mentis insaniam, & tales ægritudines quę a medicis difficulter curari possunt.

Melancholicorum

Canon uigesimusquartus. Licebit ex cursu Solis diuinari ægritudinē, si mensem attendamus in quo natus est quis. Verbi causa. Natus est aliquis in Scorpione, imminet illi ægritudo scapularum, Chiragra, manū seu digitorum contractio. Simulier sit, dolor splenis & stomachi. His qui in Cancro nati sunt, impetigo, ulcera, pustulę: maxime etiam si ascendentem habeant cancrum. Fœminis tormina intestinorum, & pericula ex aquis. Habentibus Thaurum, infirmitates circa guttur, plerq; etiā alia corporis tormenta: & hoc præcipue in annis & mensibus præscriptis malis. Sic Leonem habentibus, stomachi dolores. Et Aquarium, quos interdum febres diuexabunt diurnę: id quod etiam in præcedentibus obiter tetigimus.

Canon uigesimusquintus. Illud etiam præcipuum est, non tam egroto conferens, quam Medico, uidelicet. Si egrotus in septima habet Saturnum, uel Martem: conuenit hic prorsus, neq; medicum adhibere, neq; medicinam: & si etiā infelix sit dominus eius domus. Sic placitum est Galeno. Item si Saturnicus sit, uel Martialis medicus ipse, qualis tandem egrotus sit: compertum est huiusmodi in perniciem esse natos humani generis. Impossibile enim est, ut unq; sanent, uel prospere agant aliquid nisi in prophanis & rusticis fortasse hominibus. Talem nouimus uirum sane doctum, & apud Principes celeberrimum: quantum ad artem quidem spectabat, nihil illi deerat: uerum sacerdotibus, nobilibus, principibus ecclesiasticis adhibitus, nihil unq; probe egit, semper arte sua frustrabatur, ac magnam eorum partem peremit. apud prophanos uero nullū illi negotium erat. Vides igitur quid in his atq; alijs ualeant astra. Id aut

Nati me  
dici.

sim polliceri: si quis Martem habeat cum Venere in sexta, hunc futurum medicum prestantissimum, neque se alio artificio occupare debet huiusmodi. Possem eius rei etiam testes citare tibi viros graues & medicos, quibus quidem proclive est sanare, & citra omnem operam: quibusdam tam graue, ut uix omnibus conatibus aliquid possunt. quorum nomina ideo subticemus: ne cuiquam obtrectari uideamur. Hæc data summam sint, non quo hic singulatim exponamus omnia. Quis hoc tam breuibus posset? Sed quo ansam prebeamus medicis, ut perspecta utilitate Astrologie, hanc incipiant ambabus, quod aiunt, manibus complecti, & non solum e prescriptis hominum preceptiunculis discant opem languentibus ferre, sed suo ipsorum ingenio dispensare sciant queque, absque etiam medicina. Non omnes tales egroti sunt, qui perferre pharmaca possunt. Plerique dieta, plerique obseruatione signorum adduci possunt eo ut reualecant. Rideant nos qui uelint, maxime ἀνοσάτοροι illi, nos sane sincero animo hæc scripsimus, exhibituri propediem maiora. Sic placitum erat primo exponere generalia, postmodum ea ex quibus summa rei propendet.

EPITOME, Quid quisque Planetarum in naturis & hominum qualitatibus agat.

**H**ACTENVS ex membrorum dispositionibus conati sumus uenari hominum ingenia, nunc penitus rem ipsam scrutantes, ad Planetas diuertimus. ut si quid forte in antecedentibus uel pretermisum est, uel frigide & oscitanter dictum, id liquere possit ex consideratione planetarum. Si cui tam uarium est (ut inquit propheta) humanum cor, atque pleraque inscrutabile, quanto magis neruis omnibus conandum, omnis tentanda uia est, ut peruium fiat tandem, simul atque scrutari possit. Adde ad conatum aliquid, dum alia atque alia uia tentat id quod in manibus est. si enim unum non successerit, alterum sane uix potest non euenire. Sic quod physiognomia non quiuimus, id pro uiribus prestabimus in Astrologia naturali, atque id succinctissime. Neque me clam est, quod & ab alijs hæc tractata dudum, & fusius dicta sunt. Sed quod illi prolixis ambagibus, id nos per compendium absoluimus. Aequa autem laus est, primum rei alicuius esse autorem, atque sic tradere inuentum, ut ab pluribus succincte possit, & per compendium intelligi. Et ne uerbosior sim dum uitare uolo multiloquium, precium operæ est, cuiusnam nature sit quilibet planeta explicare. Sol natura sua calidus. Luna minus calida, sed humidior. Saturnus frigidus & siccus. Iupiter calidus & humidus. Mars calidus & siccus. Mercurius anceps est. Et ne quid hic immoremur diu, Mars semper calidus quidem, interdum minus, interdum acrius, alioqui tamen semper siccus. Id quod proclive est cernere in circulo augis in si-

Nature  
Planetarii